quis magiſter fuerit: & reliqua cuncta q̃ prius una iterrogatione re
quirã. Veruntamen eodẽ ut arbitror reuolueris: neq; oſtendere po
teris: qua ratione utilia / diſciplina ne an iuentione cognoueris. Quã
do uero adeo delitiis deditus es: ut nõ libenter ſermonẽ eundẽ gu/
ſtaturus uideare: hoc quidẽ dimitto / noſcas ne an non / quid utile
quidue inutile ſit Athenienſibus. Vtrum autẽ eadẽ ſint iuſta & uti
lia an diuerſa / cur nõ demõſtras? aut ipſe me interrogans / ut ego te
aut ſi placet per teipm̃ tua tantum oratione diſcurrens? AL. haud
ſcio o Socrates / an aduerſus te diſputare ualerẽ. so. At o bone uir
contionẽ me in pñtia: populum uel eſſe puta nõne illic te unicuiq;
perſuadere oportebit? al. Oportebit. so. Nõne eiuſdem eſt poſſe
uni ſeorſum aliquid demõſtrare / nec non multis ſimul in iis, quæ
cognoſcit? ſicut grãmaticus unum pariter i litteris ac multos eru/
dit: & in numeris eodem modo quis poterit uni ac multis oſtende
re. Al. Certe. so. Hic autẽ eſt arithmeticus. al. Eſt. so. Et tu ergo
quæ pluribus eadem uni perſuadere potes. AL. Conſentaneum

eſt. So. Sunt autem hæc uidelicet q̃ cognoſcis. al. Profecto. so.
hoc uero dumtaxat differt rhetor qui apud populum loquitur ab
eo qui in huiuſmodi cõgreſſu: qđ ille ſimul uniuerſis/hic ſeorſum
ſingulis perſuadet. al. Videtur. so. Age cum eiuſdem eſſe appare
at multis atq; uni hoſtendere/meditare nunc coram me atq; enite
re ut oſtendas mihi qđ iuſtũ eſt aliquando non prodeſſe. al. Con/
tumelioſus es o Socrates. so. Nunc per contumeliam demonſtra/
turus ſum tibi contraria eorum: quæ tu mihi non uis. al. Dic. so
Reſponde modo interroganti. al. Minime/ſed tu ipſe dicas. so.
Nõne uis quã maxime perſuaderi? al. Prorſus. so. Si dixeris hæc
ita ſe habere/an non eris maxime perſuaſus? al. Mihi quidem ui/
detur. so. Reſponde igitur: nam niſi a teipſo audieris iuſta omnia
utilia eſſe/alteri dicenti non credes. al. Non: ſed iam reſpondendũ
eſt: nihil enim nociturum exiſtimo. ¶ So. Vates profecto es/uerum
dic. Iuſtorum quædam conferre aſſeris. quædam minime. al. Aſſe
ro. so. Quid autem/horum partim eſſe pulchra: partim cõtra? al
Quomodo hoc interrogas. So. Vtrum quiſpiam tibi aliq̃ando ui
ſus ſit turpia quidem facere ſed tamen iuſta: al. Mihi nunq̃. so.
Omnia itaq; iuſta etiã pulchra. al. Ita. so. Rurſus pulchra utrum
omnia bona an partim bona/partim mala: al. Arbitror equidem
o Socrates nõnulla ex pulchris mala eſſe. so Et turpia quædam bo
na: al. Certe. so. Nunquid tale quiddam dicis perinde ac ſi nõnul
li dum in prælio amico uel propinquo cuidam opem ferre uellent
uulnerati perierint/qui uero debitum auxilium nõ præſtiterũt: in
columes inde diſceſſerint. al. Et maxime quidem. so. Nõne auxi
lium huiuſmodi pulchrum appellas: ubi quis ſeruat̃ conat̃/quos
oportebat? eaq; fortitudo eſt? al. Profecto. so. Malũ uero uocas
ob īteritus ac uulnera? al. Voco. so. An nõ eſt aliud fortitudo/ali
ud mors. al. Aliud. so. Non ergo ſecundũ idem pulchrum ſimul
ac malum eſt amicis opem ferre. al. Nõ uidet̃. so. Vide itaq; utrũ
qua ratione pulchrum ẽt bonũ ſit/quemadmodũ in iis. Secũdum
fortitudinẽ. n. concedis pulchrum eſſe auxilium ferre. Ipſa aũt for/
titudo bonum ne an malum? Sic uero cõſidera utra eligeres adeſſe
tibi bona an mala? al. Bona. so. Nõne maxima bona maxime op
tares: ac minime omniũ his priuari uelles? al. Quidni? so. Quid
de fortitudine dicis? quãto illã p̃tio cõmutares? al. Ne uiuere qdē

uellem/ſi timidus eſſem. So.Extremum ne malum tibi uidet eſſe
timiditas. Al. Mihi uero. So.æque ac mori ut uidet. Al.æque.so.
Morti atq; timiditati uita & fortitudo cōtraria ſunt? Al. ſunt. so.
Et hæc quidē maxime optares adeſſe tibi/illa minime. al. Certe.
so. An nō ex eo quod hæc optima/illa peſſima eē cenſes? al. Valde.
so.Igitur auxilium ferre amicis in ꝑlio:pulchrum quidem uocabas
ſecundū boni.i.fortitudinis actionem. al. Videor ſane. So.ſecūdū
uero actionē mali.i.mortis malum. al.Mihi quidem uidetur. so.
An non congruū eſt ſic unāquamq; actionem denominare?ſi enim
eam/prout malum fert malam appellas/contra prout fert bonum
bonam uocare decet. al. Videtur. so.Nonne etiam qua bonū pul
chrum:qua malum turpe? al.Maxime. so.Cum ergo dicis auxi/
lium ipſum in bello pulchrum eſſe:ſed malum:idem eſt ac ſi dixiſ
ſes/ipſum bonum quidem malum tamen. al. Vera mihi dicere ui
deris o Socrates. so.Nihil igitur pulchrum quatenus pulchrū/ma
lum eſt:neq; turpe quicq̄ quatenus turbe/bonum. al. Nō uidetur.
so.Præterea hunc in modum contemplare. Quiſqs pulchre agit/
nonne bene agit. al. Vtiq;. so.Bene autem agentes nonne fœlices
al.Quidni? so. An non fœlices propter bonorum poſſeſſionem?
al.Et maxime. so.Acquirunt autē hæc/ex eo qđ pulchre ac bene
agunt? al.Certe. so.Igitur bene agere/bonum. al. Quidni? so.
Nonne pulchrum actio bona? Al. Certe. So. Idem itaq; rur/
ſus apparet nobis pulchrum ac bonum. al. Apparet. so.Quicqd
igitur inueniemus pulchrum eſſe:idem quoq; bonum exiſtere hac
ratione reperiemus. al.Neceſſe eſt. so. Bona autem conferūt nec
ne? al.Conferunt. so.Meminiſti quid ſupra de iuſtis confeſſi ſi/
mus. al. Reor iuſta agentes neceſſarium eſſe pulchra facere. so.
Pulchra uero agentes:nonne etiam bona? al.Ita. so. Et bona pro
deſſe? al.Penitus. So.Iuſta igitur o Alcibiades utilia ſūt. al.Vide
tur. so.Hæc nonne ipſe dixiſti/ego autē interrogaui? al.Apparet
so.Siquis igit ſurgat Athenienſibus uel Peparethiis cōſulturus pu
tans iuſta ſe & iniuſta dinoſcere/dicatq; ſcire ſe iuſta interdum eſſe
mala/nō ipſū irrideres/cū tu aſſeras eadē iuſta & utilia eē? Al. Per
deos o Socrates quid dicam neſcio.Sed abſurde quodāmodo hēre
me uideor. Nūc.n.alia uidēt mihi iterrogāte te:nūc alia. so.Igno
ras o amice quænam hæc affectio ſit. al. Ignoro. so. Siquis te in

terrogaſſet duos ne an tres oculos habeas: manuſue duas an qua/
tuor? aut aliud quiddá hmõi: putas illi te tú hoc tú illud, an idé ſem
per reſpõſurú fuiſſe? al. Et ſi de me ipſo iá uereor puto tñ eadé re/
ſponſurú. so. An non huius cauſa eſt/qa cognoſcis? al. Arbitror.
so. De quibus igiť inuitus contraria reſpondes/ conſtat illa te igno
rare. al. Conſétaneum eſt. so. Nõne circa iuſta & iniuſta/pulchra
& turpia: bona & mala/utilia & iutilia rñdendo te craſſe fateris: de/
inde non manifeſtum eſt/ ob eam cauſá errauiſſe/qđ ignoraueris?
Al. Videť mihi. So. Nun ita ſe res habet cú quis aliqđ ignorat illi
us animum circa id errare neceſſe ē. al. Quidni? so. Scis ne quo
pacto i cœlum adſcédas? al. Minie per Ioué. so. Aberrat circa hæc
opinio tua? al. Nõ certe. so. Scis auté huius cauſam? an me dicere
mauis? al. Dic. so. Quoniam cum neſcias non putas te ſcire? al.
Quomodo rurſus id ais. so. Inſpice tu quoqꝫ una mecum quæ ne
ſcis cognoſciſqꝫ te ea neſcire nú in illis laberis quéadmodum de pa
rádis obſoniis noſti ſane qđ neſcis? al. Penitus. so. Vtrꝫ circa hæc
opinaris quomodo parare cõueniat/atqꝫ erras? an potius ſcienti cõ
cedis? al. Hoc pacto. so. Quid ſi nauigares núquid opinareris &
inquireres quomodo gubernaculum eēt/ad interna ne an ad exter
na flectédum atqꝫ (urpote neſcius) aberrares uel potius gubernatori
cõcedens quietem ageres. al. Gubernatori. so. Non igiť erras in
iis q̄ neſcis ſi neſcire te noueris. al. Non uideť. ⁊ So. Cernis errores
in actionibus eſſe ob hanc ignorantiá, qđ qui neſcit ſcire ſe putat?
al. Quo pacto id ais. so. Tunc agere aggredimur cum noſſe puta/
mus qđ agimus. al. Ita eſt. so. Quod ſiqui ignorantiæ ſuæ cõſcii
ſunt/aliis ſe cõmittunt. al. Quidni? so. Quapp hi ex ignorátibus
ſoli ſine culpa uitá agunt: ex eo qđ alioꝝ curæ ſe credunt. al. Pro/
fecto. so. Quinam peccant? nõ enim ſcientes. al. Non certe. so.
Poſt q̄ neqꝫ ſcientes neqꝫ ex ignorantibus ii qui ignorantiæ ſuæ cõ
ſcii ſunt errant: qui nam alii reſtant q̄ ii qui cum neſciant/ſcire ſe
pꝛ tant? al. Non alii ſed hi. So. Hæc igiť ignorantia maloꝝ cauſa
eſt & uituperanda inſcitia. al. Nempe. so. Et qñ circa maxima eſt
tunc deterrima atqꝫ turpiſſima? al. Maxime. so. Num habes qcq̄
maius quam iuſtum bonum utile? al. Nequaquá. so. Nõne circa
hæc erraſſe te aſſeris? al. Aſſero. so. Quod ſi erras/nõne ex ſupꝛiori
bus perſpicuú eſt qđ nõ mõ in maximis rebus inſcius es/ uerú ét

cum ſis ignarus ſcire te putas? al. Videor. ⁋ So. Pape o Alcibiades:
quo preſſus es morbo? hunc equidẽ nominare horreſco. Verũtamẽ
cum ſoli ſimus/ dicendum eſt. In turpiſſima nãq; inſcitia o optime
uei ſaris ut ipſe oratione tua de te arguis. Quamobrem prius te ad
ciuilia confers: q̃ ſis gubernandi peritus. Neq; te ſolũ morbus hic te
nuit: uerum etiam omnes/ qui hanc rem. p. adminiſtrarunt præter
admodũ paucos/ ac fortaſſe præter tutorẽ tuum Periclem. al. Fer/
tur o Socrates nõ caſu quodam ſapiens euaſiſſe Pericles: qui multis
ac ſapientibus uiris familiariter uſus fuiſſe Pythoclide in primis &
Anaxagora: & nunc etiã tã grandis natu/ ſapientiæ gratia Damone
utitur. So. Num quem uidiſti ſapientem / qui in ea re in qua ipſe
ſapit alium ſapientẽ efficere nõ poſſet? ueluti qui te in litteris eru/
diuit ipſe quidem erat ſapiens, teq; pariter reddidit ſapientem: Et
eodem pacto quemuis alium poterat. al. Profecto. so. Et tuquo
q; eruditus ab illo alium inſtruere poteris? Alci. potero. so. Simi
liter citharedus & magiſter gymnaſii. Alci: Penitus. So. Optima
igitur hæc coniectura eſt: quoſdã aliquid noſſe, cum alium quoq;
doctum ab ipſis oſtendere poſſunt. al. Mihi quidẽ uidet. so. Ha/
bes quẽ dicere poſſis a pericle ſapientẽ factum a filiis incipiens? al.
Quid ſi Periclis filii ſtolidi nati ſunt? so. At uero fratrem tuũ Cli/
niam? al. Quid Cliniam in medium adducis hominẽ inſanum.
so. Poſtq̃ Clinias quidem furit/ filii uero Periclis ſtolidi nati ſunt?
tibi quam cauſam adſcribemus? propter quam te cum talis ſis: ne/
gligat? al. Ego ipſe ut arbitror in culpa ſum/ cum illi mentem nõ
adhibuerim. so. Verum ex aliis Atheniẽſibus uel hoſpitibus, dic
quem uel ſeruũ/ uel liberum ſapientiorẽ ſua conſuetudine fecerit
ſicuti ego tibi oſtendere poſſum ꝓpter Xenonis familiaritatẽ Py/
thodorum Iſolochi & Calliam Calliadæ filios factos eſſe dignos
ſapienteſq; uiros quorũ uterq; centum minas Xenoni tradidit. al
Per Iouem non habeo quẽ dicam. so. Eſto. Quid ergo de teipſo
cogitas? utrum qualis nunc es & in poſterum fore? an curari quo/
dãmodo? ⁋ Al. Cõmuni conſilio opus eſt o Socrates. Etenim tua di
cta intelligo eiſq; aſſentior. Nã qui rẽ. p. adminiſtrãt præter admo
dum paucos: inerudıti mihi quoq; uidentur. so. Quid tum. al. Si
periti eſſent/ oportebat aggredientem cum illis pariter concertare
poſtq̃ didiciſſet ac ſeipſum exercuiſſet/ tunc demum tanq̃ ad athle

eas proficiſci. Nunc autem poſtq̄ & iſti imperiti ad rem .p. acceſſe/
runt/quid exercitatione opus eſt mihi? quid ſtudio diſciplinæ:No
ui enim qđ naturæ dotibus longe hos ſuperabo. so. Pape quidnā
o optime dixiſti? q̄ indignum indole tua:ac reliquis quæ tibi adſūt
al. Quorſum hæc o Socrates? so. Grauiter enim fero ob mutuā
inter nos beniuolentiam. al. Quidnam? so. Quod dignum puta
ueris aduerſus homines qui hic ſunt, fore tibi certamē. al. Aduer
ſus quos igitur? So. Decet ne ut id quærat uir, qui tāti ſe facit? al.
Quid ais? nōne aduerſus iſtos mihi certamē? so. Si pugnaturam
triremē gubernare ſtatueres, ſatis ne tibi eſſet, tuis cōnautis in gu
bernatione p̄ſtare? an hoc exiſtimares quidem adeſſe oportere, reſ
piceres autem ad ſtrenuos aduerſarios: nō ut nunc facis, ad ꝓpugna
tores tuos/quibus te tm̄ oportet excellere ut nō cōtra illos pugnan
dū exiſtimes, ſed eos potius paruipendens, ceu miniſtris aduerſus
externos hoſtes utaris ſiquidem re uera egregiū aliqđ facinus æde
re uelis te ac repu. tua dignum. al. At id quidem cogito. so. Quā
dignum eſt? ut ſat tibi factum putes ſi ſis tuoꝝ militū præſtantiſſi
mus? nō autem reſpicias ad hoſtium duces, qua ratione illis excel
las? cōiectans ad eos ſemper, & contra illos te muniens. al. Quos
dicis o Socrates? so. Noſtin urbem noſtrā cum Lacedæmoniis, ac
magno perſarum rege undiq; bellū gerere? al. Vera dicis. so. Nō
ne cū habeas in animo huius ciuitatis dux fieri, recte ſenties, ſi puta
ueris aduerſus Lacedæmonioꝝ Perſarumq; reges certamen te ſubi
turum? al. Vera dicere uideris. so. Nō o bone uir: ſed ad Midiam
coturnicū nutritorem te decet inſpicere, & alios hmōi, qui ciuilia
tractare ſimiliter aggrediuntur: adhuc ſeruiles & mulieres dicerēt:
habentes in animo pilos ob ruſticā imperitiam, nec dum illos abi
cientes uerum adhuc barbariem redolentes: atq; ita affecti ꝓdeūt
adulaturi ciuitati: nō autem imperaturi. Ad iſtos inq̄ ītueri te decet
ac te ipſum negligere neq; diſcere quæcunq; ad eruditionem perti
nent. cum ſis tātū certamē aditurus. neq; te in quibus oportet exer
cere: & quæ ſunt præparanda parare atq; ita inſtitutū ciuilem admi
niſtrationem capeſſere. al. o Socrates uera mihi dicere uideris. At
bitror tamē Lacedæmonioꝝ duces regēq; Perſarum nihilo ab aliis
diſcrepare. so. At o uir optime animaduerte quæſo: qualis hæc ſit
opinio tua. al. Qua in re so. Num exiſtimas teipſum diligentius

curaturum ſi illos formidaueris:potenteſq̧ cẽſueris. An ſi minime
eos timueris? Al.Si potentes illos exiſtimauero. so.An cenſes tui
ipſius curam in aliquo tibi poſſe nocere? al.Nullo modo:at cõtra
maxime iuuare. so. Vnũ quidem hoc in primis tãtum malũ iſta
tua opinio continet. al. Vera dicis. so. Secundũ uero qđ falſa eſt
atq̧ id ex ueriſimilibus aduerte. al.Qũo? ¶So.Vtrum cõſentane
um ſit meliores eſſe naturas in nobili genere q̃ ignobili? al. Mani
feſtum/qđ in generoſo. so.Nõne bene nati/ſi bene etiam nutrian
tur/ita demũ ad uirtutẽ perueniunt? al.Neceſſe eſt. so. Cõſidere
mus itaq̧ illis noſtra cõparantes:primum quidem utrum Lacedæ
moniorum Perſarumq̧ reges ignobiliori q̃ nos genere orti uidean
tur. An ignoramus illos quidem ab Hercule: hos autẽ ab Acheme
ne genus ducere? Herculis autẽ & Achemenis origo in Perſem Io
uis filium reducitur. al.Et noſtrum quidẽ o Socrates in Euryſacẽ
Euryſacis in Iouẽ. so. Atqui noſtrũ o generoſe Alcibiades in Dæ
dalum etiam/Dædalus autem in Vulcanum Iouis filium. Verꝫ iſto
rum maiores ab iis incipientes reges ſunt ex regibus uſq̧ ad Iouem
Illi quidẽ Argorꝫ & Lacedæmonis? Hi uero Perſidis ſemper: ſæpe
etiam ut & nunc Aſiæ. Nos autẽ ſuperioreſq̧ noſtri priuati. Quod
ſi te oporteret ꝓgenitores ac patriam Euryſacis oſtendere Salami
nam/uel Eaci etiam prioris Eginã Artaxerſi Xerſis filio/ quos te ri
ſus reportaturum putas? Sed uide ne generis dignitate ac etiã edu
catione illis inferiores ſimus. Nunqd audiſti quanta ſit Lacedæmo
niorũ regum dignitas? quorꝫ uxores publice obſeruanť ab Epho
ris.i.ꝑfectis:ut quoad fieri poteſt/rex non ex alio latenter q̃ Heracli
darum genere oriatur. Perſarũ uero rex adeo excellit/ut nemo ſuſ
picetur regem ex alio q̃ ex ipſo genitũ eſſe. Quamobrẽ regis uxor
non ab alio q̃ metu cuſtoditur: poſtq̃ uero natus eſt primogenitus
qui ſuccedit in regno/ primo quidẽ eum diẽ omnes:qui ſub regno
ſunt/celebrant. Atq̧ ita in poſterum quot ãnis natalem regis diem
ſacris ac feſtis omnis Aſia colit. Cum uero apud nos qs naſcitur/ ne
uicini quidẽ ut ait comedus multum ſentiunt o Alcibiades. Dein
ceps nutritur puer: nõ a quauis nutrice: uerũ ab eunuchis qui reli
quorum circa regẽ optimi uideanť: quibus & alia q̃ ſpectant ad cu
ram pueri demãdanť. Ac ꝑcipue ut natum q̃pulcherrimum reddãt
cõponentes membra eius atq̧ dirigentes. Atq̧ hæc faciẽtes magno

in honorē habentur. Cum autē pueri ſeptimum ætatis ānum inple uerunt/ ad equeſtris artis magiſtros ꝓficiſcūtur. deinde in uenatio nem tendunt. Anno uero quartodecimo puerū ſuſcipiunt hi: quos regios Pædagogos apellant. Sunt ii ꝑfecto electi ex omnibus perſiæ ætate ſua præcipui quattuor: ſapientiſſimus: iuſtiſſimus: tempera tiſſimus atq; fortiſſimus. Quoꝝ primus magicam Zoroaſtris Oro manſi filii docet. eſt autem illa deorum cultus. Atq; idem trad[illegible] ſtituta regia. Secundus admonet: ut in omni uita ſit uerax. Tertius ne ulla cupidine ſuperetᷓ: ut liber uiuere cōſueſcat: ac reuera rex im perans primum iis quæ in ſe ſunt/ nec ulli ſeruiens. Quartus deni q; impauidum illum & intrepidū reddit: ne quando quippiā metu ens/ ſeruus fiat. Tibi autē o Alcibiades Pericles inſtituit pædagogu Zopyrum Tracem omnium ſeruorum ſuorū præ ſenio inutiliſſi mum. Narrarem præterea tibi reliquam educationem: & diſcipli nam aduerſarioꝝ tuoꝝ: niſi prolixitatem uererer. Quinetiā ſatis hæc ſunt ad cætera: quæ ex iis ſequūtur oſtendenda. Tuæ uero alio rumue athenienſium generationis educationis & diſciplinæ nulli ut ita dicam ꝓpinquoꝝ cura eſt/ niſi forte amici id curent. Si autē diuitias delitiaſq; & ueſtium luxurioſum ornatum unguentoꝝq; odores ac miniſtroꝝ ſequentium turbam aliaq; Perſarum molli tiem conſiderare uolueris/ ipſe tecum tui gratia erubeſces ſentiens quanto ſis illis inferior. Rurſus ſi reſpicere uelis ad Lacedæmonio rum temperantiam: modeſtiā: facilitatem: manſuetudinē: magna nimitatem: moderationē: compoſitionē: fortitudinē: conſtantiam: tollerantiam: uictoriæ cupiditatē: & amorem gloriæ pu[illegible]m te in iis omnibus iudicabis. Si quid rurſus opulētiæ tribuis & in hoc putas aliquid eſſe/ neq; hæc a nobis ſilentio prætereatᷓ. Modo enim ſentias ubi nā ſis/ & Lacedæmonioꝝ diuitias intuearis/ cognoſces profecto nos ab illis longe admodū ſuperati. Quicquid enim agro rum/ aut ſui aut Meſſaniæ poſſident: nemo utiq; dubitaret qu[illegible]n amplitudine & ubertate ac ſeruorum tam aliorum q̄ [illegible]oꝝ ſ[illegible]e quentia & equoꝝ præterea/ aliorumq; pecorū quæ fe[illegible]t Meſſania: copia noſtros exuperet. Cæterum hæc omnia in præſentia obmit to. Auri uero & argenti apud Lacedæmonas copia tanta. quantam ne uniuerſa quidem reliqua Græcia poſſidet. Multa enim iam ſæ cula infertur quidem illuc ex uniuerſa Græcia/ ſæpe etiam ex bar

baris: effertur autem nuſq̄. Sed re uera quemadmodum apud Eſo
pum uulpes leoni dixit de ferarum ueſtigiis/ſic & nūmorum ueſti
gia ingredientium Lacedæmonem trita quidē uidentur in pulue
re/egredientium uero nuſq̄ apparēt. Vnde coniectare licet Lacedæ
monios auri atq; argenti græcorum omniū eſſe ditiſſimos. Quin
etiā rex illorum pecunioſiſſimus eſt. Ex iis enim maxima pars ad
ipſum peruenit. Tributum præterea regi pergrande impenditur.
Et res quidem Lacedæmoniorū quo ad reliquos Græcos amplæ
quoad uero Perſas regeſq; Perſarum: anguſtæ. Retulit quippe no
bis uir quidam grauis unus ex iis: qui ad Perſarum regē profecti
erant: ſe quandoq; integrum penæ diem latā ac fertilem peragraſſe
prouinciam/quam incolæ uxoris regiæ zonam appellāt. Eſſe quo
q; aliā nomine calyptram .i. hornatum capitis muliebrem: atq; ita
multas alias regiones pulchras ac fertiles ad ornatum reginæ refer
ri nominaq; ſingulis locis a ſingulis hornamentis impoſita. Quā
obrem opinor ſiquis diceret Amaſtridi Xerſis quidem uxori regis
autem matri Dinomaches filium i animo habere cum ſuo pugna
re/cui Dinomache hornatus adſit forte quinquaginta minarum:
tibi uero agri plethra in Erchiaſis minus q̄ trecenta. eam admiratu
ram qua re fretus Alcibiades audeat cum Artaxerſe pugnare. Reor
q; illam arbitraturam hunc uirum in nulla alia re niſi diligentia ſa
pientiaq; confiſum id aggredi. hæc quippe ſola apud græcos æſtima
tione digna exiſtere. Quod ſi forte audiret Alcibiadem iſtum certa
men tantum inire: primo quidem nondum integros uiginti ānos
natum/deinde omnino indoctum nec amico ſuo obedientem/dicē
ti prius diſcendum exercendumq;/ q̄ tantum regem inuadat/arbi
tror illam admiratione concitam interrogaturam: quidnā ſit quo
adoleſcens iſte confidat. Cui ſi reſponderemus: pulchritudine: ꝓce
ritate: nobilitate: diuitiis: animo/te fidere nos o Alcibiades inſanire
putaret: hæc apud ſuos omnia potiora conſpiciens. eodēq; modo
Lampidonem Leotychidæ filiam/Archidami uero uxorem: Agi
dis autem matrem: qui omnes reges extitere/miraturā cum norit:
qualia circa ſe ſunt/te tam male inſtructum filio ſuo non dubitare
bellum indicere. Atqui nōne turpe uidetur ſi hoſtium mulieres re
ctius de nobis ſentiunt q̄ nosipſi: quemadmodum contra illos nos
ipſos accingere debeamus? Cæterū o beate mihi parens & illi qđ

in Delphis eſt i epigrãmati/noſce teipſum : quoniam ii ſunt aduer ſarii noſtri/non quos ipſe rebaris ; quos quidem nulla re alia nisi induſtria & arte ſuperare poſſumus. Quibus profecto ſi inferior fueris/gloria quoq; apud græcos & barbaros tibi deerit:quam ſic ardenter uideris appetere/ ut nemo unq̃ aliquid ardentius concu piuerit. AL. Quam igitur curam adhibendam cenſes o Socrates? An potes oſtendere? Mihi .n. ſupra quam dici poſſit/uera dixiſſe uideris. SO. Poſſum quidem / uerũ comuni conſilio opus eſt qua ratione/quam optimi efficiamur. Ego.n.nõ te tantum ueꝗ etiam me diſciplina indigere dico. Nam unum ſolum eſt / quo a te diffe ro. al. Quid? so. Curator meus melior eſt & ſapientior q̃ tuus Pericles. al. Quis hic o Socrates. so. Deus o Alcibiades qui me uetuit ante hunc diem tecum diſſerere: cui credens; aſſero te per nullum alium niſi per me claritatem conſecuturum. al. Iocaris o Socrates. So. Forſitan/uera tamen loquor/ qđ ambo curatione indigemus; imo homines uniuerſi: cæterum nos q̃plurimũ. al. Qđ quidem ego indigeam haud quaq̃ mentiris. so. Neq; etiam qđ ego ipſe. al. Quid igitur agendum? so. Nec hæſitandum/ neq; etiam mollitie indulgendum eſt o amice. al. Non decet o So crates. So. Nõ certe:ſed ſimul cõſiderandum. Verum dic mihi/ an optimi eſſe uolumus. al. Certe. so. In q̃ facultate? al. Qua ui delicet uiri boni. so. Qua nã in re boni? al. In rebus agendis. so. In quibus? nũ in equeſtri negocio? al. Non. so. Ad equeſtres.n. iremus. al. Profecto. so. Nũquid i nauis gubernatione decebat. al. Nequaq̃. so. Ad nautas enim iremus. al. Iremus. so. In quo ergo negocio? & quorum hominum officio. al. In iis q̃ clari boni q; Athenienſium uiri agunt. so. Claros ac bonos prudẽtes ne an im prudẽtes appellas? al. Prudentes. so. In quo unuſqſq; prudẽs: in eodem bonus. al. Certe. so. Imprudẽs autem malus? al. Ma lus. so. Calceorum ſutor prudens ad calceorum opus? al. Pror ſus. so. Bonus ergo ad hæc? al. Bonus. so. Quid uero in ue ſti bus conficiendis; nõne cerdo hic imprudens. al. Ita. so. Malus er go ad hæc? al. Ita. so. Idem itaq; ſecundum hanc rationẽ bonus atq; malus erit. al. Videtur. so. An dicis uiros bonos malos etiã eſſe? al. Nequaq̃. so. Quos tandem bonos uocas? al. Eos qui in ciuitate præeſſe poſſunt. so. Nõ tamẽ equis. al. Non certe. so.

At hoībus. AL. Hoībus. SO. Nū hoībus ægrotātibus? al. Nō.
so. An forte nauigātibus? al. Nō iis dico. so. Metētibus ne? al.
Neq; his. so. Aliqd ne/uel nihil faciētibus? Al. Faciētibus. so.
Quid tādē faciētibus/ id mihi declara. al. Cōmertia inq̄ agētibus
atq; iuicē mutuo ſe utētibus / quēadmodū nos in ciuitatibus uitā
agimus. so. Nunqd imperare eos dicis hoībus/q hoībus utunt?
al. Aio. so. An gubernatoribus q remigibus utunt? al. Nō. so.
Hæc.n. gubernatoriæ facultatis uirtus eſt. al. Eſt. so. Fortaſſe im
perare dicebas tibicinibus: qui canētibus ꝑſunt: choreiſq; utunt.
al. Neq; his. so. Hoc náq; ad facultaté chori magiſtram pertinet
al. Omnino. so. Quid deniq; uocas imperare poſſe hominibus/
qui utuntur hominibus? al. Præeſſe hoībus cōmunicantibus in
uicé in rei.p. adminiſtratione: atq; comertiis. so. Quænam hæc
ars eſt? quemadmodum ſi te iterum interrogarem / quæ facultas
efficit ut præeſſe ſciamus ī nauigatione cōmunicantibus. al. Gu
bernatoria. so. Cōmunicantibus autem in cantu/ut pauloante di
cebatur / quæ ſcientia præeſſe docet? al. Quam tu nuper aiebas
chori diſciplina. so. In re.p. uero cōmunicantibus: quam ſcientiá
uocas? al. Bonum conſilium o Socrates. so. Num tibi uidetur
gubernatorum ars carere conſilio? al. Minime. so. Eſt ipſa quo
q; bonum conſilium? al. Mihi ſane uidetur. so. Ad nauigantiū
ſalutem. al. Rectæ loqueris. so. Quod uero bonum conſilium
uocas: ad quidnam ſpectat? al. Ad meliorem ciuitatis inſtitutio
nem eiuſq; ſalutem. so. Qua nam re præſēte uel abſente melius
diſponitur atq; ſeruatur? Ceu ſi ipſe me rogares/ quo præſēte aut
abſēte bene ſe habent corpora: reſponderé utiq; ſanitate præſente:
morboq; remoto. Idem & tu exiſtimas? al. Idē. so. Quod ſi idē
quæras de oculis: eadē rōne reſpōdebo/ pulſa cæcitate: adhibito ui
ſu. Et aures curari fugata ſurditate/ admoto uero auditu. al. Re
cte. so. Ciuitas aūt quo remoto: quoue adhibito melior fit ac me
lius īſtituit. al. Mihi quidē uidetur o Socrates: qñ amicitia eſt in
ter ciues: odia uero & ſeditiones abſūt. so. Amicitiá uocas cōſēſi
oné? an diſſēſioné? al. Cōſenſioné. so. Per quá arté ciuitates circa
numeros cōſentiūt. al. Per arithmeticá. so. Priuati uero an nō
ꝑ eandé. al. Népe. so. Et unuſqſq; ſecū ipſe? al. Certe. so. Per
quam artem quiſq; ſecum ipſe conſentit de palmo & cubito uter

quid ex iis maior ſit? nõne per metiendi peritiam. al. Quidni? so. Nonne etiam priuati inuicem atq; ciuitates. al. Immo. so. Et de ponderibus eodem pacto. al. Adſentior. so. Cõſenſio igitur quã dicebas quæ nam eſt? circa quid? quæ ars illã præſtat? Etenim iſta conſenſio talis eſt ut inſit rei publicæ & priuato unicuiq; ad ſeipſũ & ad alios. al. Conſentaneum. so. Quæ igitur eſt? ne pigeat reſpõdere: at prompte enarra. al. Reor equidem eſſe amicitiam & conſenſionem: qua pater ac mater filium, & frater fratrem & uxor uirum amantes conſentiunt. so. Putasne o Alcibiades uirum cum uxore circa lanificum cõuenire, imperitum cum perita? al. Nequaquam. so. Neq; oportet quidẽ. muliebris enim hæc diſciplina eſt. al. Profecto. so. Quid uero, mulier cũ uiro circa opus militare conueniet cum id haud quaq̃ didicerit? al. Minime. so. Virile enim id rurſus eſſe diceres. al. Equidem. so. Súnt ergo diſciplinæ quædam mulierum, quædam uirorum ſecundum orationem tuã. al. Quidni? so. In iis itaq; mulieribus cum uiris cõſenſus eſt nullus. al. Nullus. so. Neq; amicitia igitur, ſiquidẽ amicitia cõſenſio quædam eſt. al. Non uidetur. so. Ideoq; quatenus mulieres officia ſua exercent non amantur a uiris. al. Nõ apparet. so. Neq; uiri etiam a mulieribus dum uirilia tractant. al. Non. so. Non ergo tunc optime ciuitates inſtituũtur, cum ſinguli operibus ſuis incumbunt. al. Ego tamen id o Socrates arbitror. so. Quomodo hoc ais amicitia ſublata qua præſente confeſſi ſumus bene cõſtitui ciuitates, aliter uero contra? Al. Atqui mihi uidetur ob hoc inter homines conſiſtere amicitiam, qđ quiſq; ſuum officium exequatur. so. Non tamen id pauloante dicebas, nunc autem quo pacto rurſus ais cõſenſione adhibita amicitiam fieri? an poteſt circa hæc conſenſus exiſtere, quorum ii quidem periti, ii uero imperiti ſunt. al. fieri non poteſt. so. Iuſta ne an iniuſta faciũt: cũ ſinguli quæ ad ſe attinent, exequuntur. al. Iuſta profecto. so. Iuſte igitur agentibus ciuibus in ciuitate nõ eſt amicitia. al. Neceſſarium hoc itidem uidetur o Socrates. so. Quam itaq; dicis amicitiam ſiue cõſenſionem, circa quam nos ſapientes & cõſultores eſſe oportet, ut boni uiri ſimus. neq; .n. percipere poſſum quænam ſit aut in quibus exiſtat cum ex oratione tua interdum in eiſdem ineſſe nõnunq̃ ab eiſdem abeſſe uideat. Al. Per deos o Socrates neq; ipſe quidem quid dicam itelligo: uide

orq; iamdiu me ipſum latuiſſe/cum me turpiſſime habeã. so.Con
ſiderc dicet. nam ſi hoc demũ animaduertiſſes annos quinquagin
ta natus/arduum ſane foret:teipſum curare. nunc uero in ea es æta
te:in qua id aduertere decet. al. Quid igitur hoc aduertentem fa
cere oportet? so. Reſponde ad ea quæ interrogabo te Alcibiades
Quod ſi feceris ac Deus uoluerit: ſiqua modo fides meis eſt uatici
niis adhibenda/tu ſimul & ego melius nos habebimus. al. Ita erit
quo ad me reſpondentẽ attinet. ¶ So. Age quid eſt ſeipſum curare
ne ſæpe nos ipſos lateamus non curantes noſmet.cum id agere opi
nemur. Et quando id homo agit? num quotiẽs ſuorum totiens &
ſui curam habet? al. Mihi quidem uidetur. so. Quid?num pedes
tunc quis curat cum eorum quæ pedum ſunt/ſibi cura eſt? al. Nõ
intelligo. so. Dicis ne eſſe aliquid ipſius manus quemadmodum
anulus eſt? al. Dico equidem. so. Num alterius membri q̃ digiti
anulum eſſe cenſes. al. Minime. so. Et pedis calceum eodem mo
do? al. Ita. so. Cum calceorum curam habemus/tunc pedum no
bis cura eſt? al. Haud ſatis te teneo o Socrates. so. Quid uero o
Alcibiades/uocas ne aliquid rectam alicuius curationem? al. Voco
so. An non cum quid melius fit: tunc eius rectam curationem eſſe
dicis. al. Dico. so. quæ ars calceos meliores efficit? al. Cerdonica.
so. Cerdonica igitur calceorum curam habemus. al. Hac ipſa. so.
Nũquid & pedes etiam Cerdonica? uel ipſa potius/qua pedes red
dimus meliores? al. illa. so. Pedes autem meliores nõne qua & re
liquum corpus? al. Videtur. so. Hæc nõne gymnaſtica. al. Maxi
me. so. Ergo gymnaſtica pedes curamus:cerdonica uero illa quæ
pedum ſunt. al. Prorſus. so. Et gymnaſtica quoq; manus: anula
ria uero illa quæ ſũt manuũ. al. Sic eſt. so. Et gymnaſtica corpus
textoria autem & aliis facultatibus ea quæ corporis ſunt. al. Om
nino. so. Alia igitur arte unũquodq; alii quæ illius ſunt/curamus
al. Videtur. so Non ergo cum ſua quis/tunc etiã ſe curat. al. Nul
lo pacto. so. Non.n.eadem ars:ut uidetur:quæ nos & quæ noſtra
curat. al. Non apparet. so. Age itaq; quanam arte noſipſos curare
poſſumus? al. Non habeo quid dicam. so. At hoc tamẽ inter nos
conuenit: qđ nõ qua noſtrorum aliquid melius efficimus/nos cu
ramus:uerum qua noſipſos ad meliorẽ frugem ducimus. al. Vera
narras. so. Noſſe ne unq̃ poſſemus quæ ars meliorem facit calceũ

niſi calceum ipſum nouerimus. AL. Fieri nequit. SO. Neq; etiam
quæ ânulum effici t meliorem ignorantes ânulum. al. Verú. so.
Sciemus ne unq̃ qua arte meliores euadamus / q̃ diu noſipſos igno
rauerimus. al. Nunq̃. so. Vtrum facile quiddam ſit ſeipſum co
gnoſcere. ac ridiculus fuerit / qui tẽplo Apollinis id inſcripſit / an
potius arduum quippiam / nec cuiuſuis hominis opus. al. Mihi
q̃ uidẽo Socrates aliqñ uiſum eſt facile hoc / & cuiuſuis officium
eſſe: nõnunq̃ uero omnium difficillimũ. So. Sed ſiue facile hoc
ſit o Alcibiades ſiue difficile / nobis ſane ſic ſe habet ut ipſum intel
ligentes etiam qua ratione curandi ſumus / intelligamus. Ignoran
tes uero cõrra. al. Eſt ut dicis. so. Age quomodo ipſum idem in
ueniemus? forte uero ſic quid ſimus ipſi inuenire poterimus. At
hoc ignorantes nunq̃. al. Recte loqueris. so. Attende ergo per
Deum / cum alio ne quam mecum tu diſputas? al. Tecú. so. Et
ego nõne tecum? al. Et tu mecú. so. Socrates igiẽ eſt qui diſpu
tat? al. Eſt. so. Alcibiades uero qui audit. al. Ita eſt. so. Nõne
ſermone uel ratione Socrates diſputat? al. Quidni? so. Diſputa
re autẽ & ſermone uel ratione uti idem quodámodo uocas? al.
Idem. so. Vtẽs autem & quo utitur / nõne aliud? al. Quomodo
dicis? so. Quemadmodú cerdo incidit quidem circulari & ſemi
circulari organo atq; aliis inſtrumentis. al. Eſt ut dicis. so. Nõne
aliud quiddam eſt; qui diuidendo utitur: alia uero quibus utitur?
al. Quidni? so. Item aliud citharedus / aliud quo citharam pulſat
al. Aliud. so. Hoc pauloante interrogabam: an utens & quo uti
tur / ſemper aliud eſſe uideatur. al. Videtur. so. Cerdonem inci
dere dicimus íſtrumẽtis tantú an etiá manibus. al. Et manibus.
so. Et iis ergo utitur. al. Vtitur. so. An nõ & oculis utẽs coria in
cidit? al. Proſus. so. Vtentẽ uero aliud quiddá ab iis quibus uti
tur eẽ cõceſſimus. al. Conceſſimus. so. Cerdo igiẽ & citharædus
aliud quiddá ſũt / q̃ oculi & manus qbus utunẽ. al. Appet. so. Nõ
ne toto corpe hõ utiẽ. al. Penitus. so. Aliud uti ꝑ utens / & quo
utiẽ. al. Sic ẽ. so. Homo ergo eſt a ſuo corpe aliud. al. Videẽ. So.
Quid ẽ igiẽ homo? al. Ignoro. so. Scis eſſe id qđ corpe utiẽ. al
Scio. so. Alid ne utiẽ ipo q̃ aia? al. Nil alid. so An nõ iperás? al
Imperás. so. Qui etiá neminẽ hoc aliter æſtimaturú puto. al.
Quidná. so. Quin ex tribus unú aliqd hõ ſit. al. Ex qbus? so.

 1p

aut aſam uidelicet aut corpus:ãt totũ ipm ex utriſq; cõpoſitũ. al. Cur nõ? so. Verũtñ id qđ iperat corpori hoiem eẽ cõfeſſiſumus al. Cõfeſſi ſumus. so. Quid igr̃ homo. Nũ ſibi ipſi corpus iperat? al. Nullo mõ. so. Subiici.n.illud diximus. al. Certe. so. Nõ eſt i gr̃ hoc qđ q̃rimus. al. Nõ ut uidet. so. At utrũq; ſimul forſitã corpi dominat atq; id hõ ẽ. al. Forte. so. Immo minie oium:nã altero illoꝝ nõ dominãte:nulla cõiectura ẽ/ut ſimul utrũq; domi net. al. Recte loq̃ris. so. Cũ uero nec corpus nec ſimul utrũq; ſit hõ/reſtat ut arbitror/aut nihil oio hominẽ eẽ/aut ſiqd eſt/nihil aliud eſſe q̃ aiam. al. Prorſus. so. Adhuc ne liquidius monſtrari tibi oportet/aiam eẽ hoiem? al. Nõ p Iouẽ hac.n.ſufficere mihi uidet. so. Et ſi nõ i integrum hæc diſcuſſa ſũt/mediocriter tñ iducta in pñtia ſufficiunt. Nã tũc demũ penitus cõprehendemus/cũ inuenerimus qđ nũc/quia latiorẽ ſpeculationẽ requireret/præ termiſimus. al. Quid iſtud. so. Quod pauloañ ſic eſt dictũ/qđ prius cõſiderãdũ ſit ipm idẽ/nũc uero pro eo qđ quidem eſt ipm idẽ:conſiderauimus ipm unũquodq; quid eſt. Idq; forte ſufficiet. Nihil.n.in nobiſipſis principalius eẽ q̃ aiam/dicere poſſemus. al. Nõ certe. so. Nõne decens eſt ita putare.me.ſ.ac te cõſpirare inui cem aia ad aiam utẽres ſermonibus? al. Et maxime quidẽ. so. Hoc itaq; erat qđ pauloañ dicebamus: qđ Socrates cũ Alcibiade diſputat oratione utẽs/nõ ad pſonã tuã ut apparet: ſed ad Alcibiadẽ uerba dirigens:hoc autem anima eſt. al. Mihi ſane uidetur. so. Animam igr̃ noſſe iubet:qui precipit/Noſce teipſum. al. Vide tur. so. Quicũq; igr̃ corpus cognoſcit:ſua quidẽ/nõ ſeipm nouit al. Sic ẽ. so. Atq; ideo nullus medicus ut eſt medicus/neq; gym naſticus ut gymnaſticus ſeſe nouit. al. Non ut uidetur. so. Mul to minus agricolæ aliiq; opifices ſe cognoſcunt: neq; enim ſe/neq; ſua ſed remotiora quædam ſecũdum artes ſuas conſiderant.iis.n. intendunt/quibus corpus curatur. al. Vera narras. So. Quare ſi Prudentia eſt ſeipſum cognoſcere/nullus iſtoꝝ ſecũdum ſuam ar tem eſt prudens. al. Non ut uidet. so. Ob hoc mechanici artes iſte: nõ aũt boni uiri diſciplinæ uidet. al. Prorſus. So. Nonne rurſus quicũq; corporis curam habet/ſua quidem nõ tamen ſeip ſum curat? al. Apparet. so. At uero cui pecuniæ curæ ſunt: nec ſe nec ſua/ſed quæ procul a ſuis ſũt;curat. al. Videt. so. Nõ ergo

ſuis indulget qui pecunias cumulat. Al. Recte. So. Quiſquis etiam
corpus Alcibiadis amauit unq̃: nõ Alcibiadem ipſum ſed quæ Al
cibiadis eſſent/amauit. al. Vera loq̃ris. so. Qui uero te amat/amat
animum. al. Neceſſario ſequi ex ratione tua uidetur. so. Nonne
tui corporis amator/cum primum ſpecies defloreſcit:abiens de
ſerit? al. apparet. so. At uero qui animum tuum diligit:nunq̃ de
ſerit donec ad meliorem frugẽ perueniat. al. Conſentaneũ. ¶ So.
Hanc ego ob cauſam te minime deſero uerum in amicitia perſeue
ro/reliquis ſeneſcẽte corpore/abeuntibus. al. O q̃ bene facis mi So
crates. ne impoſterum me deſeras obſero. so. At enitere ut q̃pul
cherrimus fias. al. Conabor. so. Sic ſe tua res habet. nec fuit unq̃/
nec ẽ (ut opinor) Alcibiadis cliniæ filii amator ullus præter unum
& illum quidem amabilem Socratem Sophroniſci & Phenaretæ
filiũ. al. Vera dicis. so. Nonne dixiſti me aliquantulũ præueniſſe/
cum te ſalutatum ueniſſem? nam ſtatuiſſe te ut prior me ipſe con
ueniens interrogares quamobrẽ ſolus ego te non reliquerim. al.
Sic erat. so. Hęc ꝓculdubio cauſa: quoniã amator tui ſolus eram
cæteri uero tuorum. Tua ſane labuntur tempore. Tu autem nunc
primum floreſcis: ac deinceps quidem/niſi ab Athenienſi populo
corrumparis: ac turpior euadas/nunq̃ te deſeram. Id enim uehemẽ
ter timeo. ne amator populi factus nobis corrumparis. Multi enim
& ingenui quidem apud Athenienſes id paſſi ſunt. Nam bene per
ſonatus eſt magnanimi Erechthei populus/ſed illum nudatum cõ
tueri oportet. adhibe igitur hanc quam dico cautionem. al. Quã
¶ So. Exue illũ prius o beate ac diſce quæcunq; ſcienda ſunt: anteq̃
tractentur ciuilia ut rem publicam adeas ferens tecum alexiphar
macum. i. medicinam prohibentem mala: nequid aduerſi aliquan
do patiaris. al. Bene mihi dicere uideris o Socrates: uerum conare
iam nobis exponere qua ratione noſmetipſos curemus. so. Nõne
ſatis iam a nobis in ſuperioribus definitum eſt? Quid enim ſimus
conuenienter ſupra concluſimus. Timebamus enim ne in hoc de
cepti: noſipſos forſitan lateremus: alicuius alterius non noſtri curã
habentes. al. Eſt ut dicis. so. Deinde conceſſum eſt animæ curam
habendam ſemperq; ad ipſam reſpiciendum. al. Manifeſtum eſt.
so. Corporum uero pecuniarumq; curam aliis relinquendam. al.
Quidni? so. Quonã igit̃ pacto iſta perſpicue noſceremus. poſtq̃

hoc intellecto nos quoq; ipſos intelligemus? an forte per deos ip ſam inſcriptionem delphicam recte monentem: cuius ſupra men tionem fecimus/nondum intelleximus? AL. Quidnã animaduer tens ſic ais o Socrates? SO. Dicam tibi quid ſuſpicor hanc inſcrip tionem nobis conſulere. neq; uero paſſim eius exemplar: ſed in ui ſu ſolum inueniri poſſe uidetur. al. Quomodo id ais. so. Conte plare tu quoq;: ſi oculo noſtro/quemadmodũ homini conſuluiſſet Vide teipſum: quomodo id admonuiſſe arbitraremur? nõne ut in illud inſpiceret oculus: ex cuius intuitu ſeipſum uiſurus eſſet? al. Conſtat. so. Conſideremus itaq; in quid potiſſimum intuentes/ illud ipſum ſimul ac nos ipſos uideremus. al. In ſpecula & alia hu iuſmodi. so. Recte loqueris? ſed oculo quo uidemus / an nõ ineſt huiuſmodi quiddam? al. Valde. so. Num aduertiſti qđ facies hominis in oculum intuentis/in oppoſiti uiſu relucet uelut inſpe culo/quam ſupremam uocamus pupillam/ſimulachrum inſpicien tis exiſtens? al. Aduerti. so. Oculus igitur ita demũ ſeipſum cer nit cum in oculum inſpicit: in idq; præterea intendit: qđ oculi op timum eſt: & quo oculus ipſe uidet. al. Apparet. so. Si autem in aliud quoddam hominis membrum reſpexerit / uel in quoduis aliud/ præterq̃ in id cuius hoc eſt ſimile: haud quaq̃ ſeipſum perci piet? al. Verum. so. Oculus ergo cum ſeipſum uiſurus eſt/in ocu lum reſpicere debet: atq; in eum oculi locum/in quo uirtus eſt ocu li. Is autẽ uiſus atq; pupillæ acies eſt. al. Sic eſt. so. Eodem pacto & anima o amice Alcibiades: Si ſeipſam noſcere uult/ in animam intueatur/ĩ eũmq; præcipue locum animæ: in quo ineſt uirtus ani mæ ſapientia/& in aliud cuius hoc eſt ſimile. al. Mihi quidem ui detur o Socrates. so. Num reperire poſſumus quippiã in anima diuinius illo circa quod intelligentia ſapientiaq; uerſatur? al. Ne quaq̃. so. Id igitur animæ diuini ſimile eſt: in quod ſane quis in tuens: & omne diuinum: Deum ſcilicet & ſapientiam cernens ſic ſeipſum prorſus agnoſcet. al. Apparet. so. Seipſum uero cogno ſcere prudentiam eſſe concedimus. al. Prorſus. so. Si autem nec nos ipſos cognoſceremus/nec prudentes eſſemus. poſſemus ne no ſtra ſeu mala ſiue bona cognoſcere? al. Quomodo hoc fieri poſſet o Socrates. so. Impoſſibile tibi forte uidetur quemq̃ non cogno ſcentem Alcibiadẽ tamen quæ Alcibiadis ſunt/ qđ Alcibiadis ſint

cognoſcere. Al. Impoſſibile ꝑ Iouem. So. Nec noſtra q̃ noſtra ſint/ niſi prius noſipſos. al. Nullo mõ. so. Si noſtra ignoremus nec ea quæ noſtrorum ſunt intelligemus. al. Nõ ut uidetur. so. Non igitur recte omnino conſenſimus/ cum ſupra quoſdam eſſe aſſereremus/ qui ſe ignorantes/ ſua tamen dinoſcerent. At qui nec ea etiam quæ ſuorũ: hæc enim cuncta dinoſcere unius atq; eiuſdẽ artis officium eſſe uidetur? ſeipſum ſcilicet & quæ ſua ſũt/ & quæ ſuoꝝ. al. Videtur. so. At qui ſua ignorat/ ignorat & aliena. al. Cur non. so. Num igitur ſi aliena/ etiam quæ ciuitatũ ſunt ignorabit? al. Neceſſe eſt. so. Nunq̃ ergo hic uir ciuilis eſſet. al. Non certe. so. Nec œconomicus etiam. al. Neq; hoc. so. Nec q̃d agit/ intelliget. Al. Minime. so. Ignorans autem/ nonne errabit? al. Maxime. so. Qui aberrat/ an non male aget & priuatim & publice? Al. Quidni? so. Male agens nõne miſer? al. Et maxime quidem. so. Enimuero & ii quibus cum hæc agit. al. Et hi quoq;. so. Nemo itaq; fœlix eẽ poteſt niſi ſapiens bonuſq; ſit. al. Nemo. so. Sequitur ut mali homines: miſeri ſint: al. Apprime. So. Non ergo qui diues ſit/ ſed qui prudens/ miſeriã uitat. al. Videtur. so. Quamobrem nec menibus nec nauibus triremibuſq; atq; naualibus: o Alcibiades nec multitudine nec amplitudine ſine uirtute ciuitas ad fœlicitatem indiget. al. Nõ profecto. so. Si recte ciuitatẽ gubernaturus es/ uirtute imbuẽdi ſunt ciues. al. Quidni? so. Nũ dare quis põt aliis/ quod ipſe nõ habet? al. At quo modo? so. Ergo uirtute prius ornatus ipſe debet eſſe/ quicunq; nõ ſibi tantum ac ſuis ſed rei.p. etiam & iis quæ ad eam ſpectant imperaturus eſt? al. Vera dicis. so. Nec igitur principatus neq; licẽtia quodcunq; libuerit/ faciendi aut tibi/ aut rei.p. Verum iuſtitia potius & prudentia comparanda. al. Apparet. so. Iuſte enim ac prudenter agentes & tu ſimul & tua res.p. deo gratum opus efficietis. al. Decens eſt. so. Et quemadmodum ſupra diximus/ in diuinum ſplendorem intuentes agetis. al. Videtur. so. Quin etiam illuc reſpicientes uosmet ueſtraq; bona perſpicue diſcernetis. al. Certe. so. Non ne ſic recte atq; bene agetis? al. Agemus. so. Enimuero fideiubere paratus ſum uos ſi ita uixeritis felices fore. al. Locuples certe fideiuſſor. so. Contra/ ſi iniuſte uixeritis deſpicientes in tenebras diuinitatis expertes: conſimilia iſtis opera/ ut conſentaneum eſt/

efficietis / uoſipſos penitus ignorantes. Al. Videtur. So. Cui
enim o amice Alcibiades poteſtas adeſt quodcūq; libuerit/confi/
ciendi:mente uero captus eſt/quid nam conueniens eſt illi contin
gere? ſiue priuatus ille quidem ſiue res pub. ſit. Veluti ſi ægrotan/
ti cuidam libera licentia ſit rationem medici nō habenti/ſed tanq̄
tyrannidem exercenti/ut nemo eum abſterrere ualeat / quid illi
euenturum eſt. Non ne uериſimile eſt ut corpus corrumpat?
Al. Vera loqueris. so. Quid uero/ſi in naui apud quempiam
omnis licentia ſit quodcunq; uideatur agendi:mente tamen & gu
bernandi peritia careat/num cernis quæ ei & ſociis euentura ſint?
Al. Opinor equidem illum ſeipſum una atq; ſocios perditurum.
So. Non ne igitur omni rei publicæ/omniq; imperio & domina/
tioni ubi uirtus deeſt: contingit ut male agat? al. Neceſſe eſt.
So. Non ergo tyrannis optime Alcibiades aut nobis aut rei publi
cæ paranda eſt:ſed uirtus/modo fœlices eſſe uelimus. al. Vera di
cis. so. Cæterum anteq̄ uirtus adſit/præſtat uiro non modo pue/
ro regi a meliore q̄ regere. al. Apparet. so. Nō ne quod melius
eſt idem & pulchrius? al. Sic eſt. so. Quod pulchrius/decētius?
al. Quid ni? so. Decet itaq; malum ſeruire:melius enim ē. al.
Decet. so. Seruilis ergo prauitas. al. Apparet. so. Liberalis aūt
uirtus. al. Ita eſt. so. Non ne o amice ſeruitus fugienda? al. Ma
xime quidem o Socrates. so. Aduertis quomodo te nūc habeas?
utrū libere an cōtra? al. Et maxime quidem ut mihi uideor hoc
ſentio. so. Noſti ne quo pacto id quod nunc te occupat/fugare
queas? nolim enim iſtud in claro homine nominare. al. Noui
equidem. so. Quomodo igitur? al. Si ipſe uolueris o Socrates.
so. Haud recte loqueris Alcibiades. al. At quomodo dicendum
eſt? so. Si deus uoluerit. al. Dico equidem/atq; hoc inſuper ad/
do quod periclitabimur figuras inuicem commutare:tuam qui/
dem ego induens/tu autem meam. fieri enim nō poteſt/quin ego
te deinceps ducam/tu autem a me ducaris. so. O generoſe/nihilo
igitur meus in te amor a Ciconia differt/ſi poſteaq̄ prope te uelut
in nido amorem alatum fouerit ab illo iterum nutriatur. al. Pro
fecto ſic ſe res habet. Et incipiā hinc iam iuſtitiam meditari. so.
O quā te uelim perſeuerare. Timeo aūt naturæ tuæ diffidēs hu
iuſq; ciuitatis robur intelligēs ne id me ſimul ac te uincat.

Argumẽtũ Marſilii Ficini florẽtini ĩ Alci. ſecũdũ uel de Voto.

q Voniam ſecũdus Alcibiades liber profecto ſanctiſſimus de uoto inſcribiſ: ſũmatim colligendum eſt/quid uotum/qd in uoto petendum & quando & quomodo. Definitio uoti partim ab Orpheo: partim a Platone ſumpta hæc eſt. Votũ eſt ardens affectus caſti animi Deo deditus/& qđ bonum uidetur exoptans/ huic affectui Zoroaſter & Orpheus ſubfumigationes & characteres adhibuerunt: quotiens ad ſecunda numina preces dirigerentur. Mercurius ac Plato cum ſupremi numinis maieſtatem uenerabantur/ externas omnes cerimonias auferebãt: ſolam ac purã fragantiam animi relinquentes: ſed de his omnibus in noſtris cõmentariis diligentius. In uoto petendũ Plato uult bonum/idq; ex eo patet/qđ petitionem hanc poetæ lacedæmonioꝝq; teſtimonio comprobat: eamq; tutam & prudenti & imprudenti eſſe putat: uotumq; huiuſmodi & a quolibet & ſemper fieri poſſe. Petitionem uero certi cuiuſdam & proprii boni tunc demum eſſe ſecuram: cũ prudentiam qs fuerit conſecutus: alias autẽ periculoſam. Vbi multa de prudentia diſſerit: quæ tu uir omniũ prudentiſſime Coſme lege obſecro diligenter: ut quanti faciat prudentiam prorſus agnoſcas. Vniuerſalis ergo precatio/ qua bonum ſolũmodo petitur/ ſemper fieri poteſt: propria uero qua certum aliquod quod bonũ uidetur optatur: tunc facienda/cum quid poſcendum eſt/quis nouerit: tunc id noſcet cum quid bonum quid malũ eſt: intellexerit. Id intelliget: cum a mente didicerit/ diſcet. Cum ſe ad illã cõuertérit. Cõuertet cũ purgauerit aĩam tenebraſq; expulerit. purgabit cũ ſe ipſum legiptimæ philoſophiæ dediderit. Tradet cũ ſuam ignorantiam recognouerit. Noſce ergo te ipſum/ temple Apolinis eſt inſcriptum / ne qs temere deum oraturus accederet. Quo autem ordine in oratione propria ſit orandum: Mercurius ĩ orationibus ſuis & in ſuis hymnis Orpheus & Pythagoras ĩ carminibus aureis docuerunt quorum ritus alias exponemus. Plato deinde hos theologos imitatus/in li. de pulchritudine orantem ſic ſocratem introducit. O amice pan atq; cætera numina date obſecro: ut intus pulcher efficiar. Et quæcunq; mihi extrinſecus adiacẽt/intrinſecis ſint amica: Sapientem ſolum diuitem putem. Tantum uero huius auri tradite: q̃tũ nec ferre nec ducere alius q̃ uir temperans poſſit. Quid

petit Socrates / Bonū? Quod bonum? Sapientiā: hoc eſt uertatis diuinæ cognitionem: q̄ dare ſolus Deus poteſt. quam accipere ſolus animus pulcher: ideſt temperatus/purus/candidus ualet. Quid poſcit imprimis? ut dignum ſapientia faciat. Temerarii nēpe hominis eſt munus aliqđ quo indignus eſt petere. Quis diuina ſapientia dignus? qui lumen eius ferre paratus eſt: quis paratus? qui per contināētiam primo / deinde per temperantiam/poſtremo per ſanctimoniam: ideſt ciuilem: purgatoriam purgatiq; uirtutem animi: ſic animum expiauerit: ut pulcher hoc eſt purus omnino nitiduſq; euaſerit: & uirtutem iam exemplarem: diuinam ſcilicet ſapientiam ſolā: utpote theſaurum omnium diuitiarum optauerit. Iccirco Socrates deum patrem omnium & miniſtros eius amice adſpirare præcatur: ut illorum benigno propitioq; fauore purgatus euadat. Corporea uero & externa leuiter pertranſit: eligens illa ſic ſe habere: ut tranquillam puritatem animi non impediant. Deinde pulchritudine hac iam parta: optat ut ſapientiam ſolam/hoc eſt dei cognitionem/eſſe opulentiam omnem ſufficientiamq; æſtimet: ſolamq; ſitiat. Poſtremo quaſi per antedicta paratus fulgidum: hoc aurū diuinæ ſapientiæ poſtulat. Neq; id ſuperbe: neq; remiſſe tamen / Minimam quippe ueritatis cognitionem intemperati homines ſortiuntur: ſūmam & infinitam in ſe ipſo Deus amplectitur: magnam uero & amplā uir tēperās adipiſcit. Tantū igit huius auri poſtulauit: quātū ſolus ferre uir tēperās ualet: hoc equidē eſſe aurū ignitum arbitror: quod emendum Ioan. in apocalipſi præcepit.

¶ Alcibiades Secūdus uel de Voto. Socrates Alcibiades. SO.

Eum ne o Alcibiades præcaturus accedis? AI. Et maxſe quidē/o/Socrates. So. Triſtitiam quādam præ te ferre uideris: & oculos in terrā figere/ tanq̄ aliquid tecū ipſe p̄meditās. Al. Ar. quid ad hæc præmeditatione opus eſt o/Socrates. So. Maxima ut mihi uidetur: nā dic per Ioue obſecro: non ne putas deos quæ præcamur: & priuatim: & publice: nō nun q̄ partim concedere: partim minime? & aliis quidē annuere: aliis uero contra? Al. Omnino quidem. So. Nōne igitur tibi uidet magna prouidentia opus eſſe: ne qs ſeipſum lateat: dum magna petit mala/credens bona ſe poſcere? dū autem in eo ſint habitu: in quo

rogantibus annuũt: quemadmodum Oedipum ferũt obſecraſſe
Deum: ut filii de regno paterno ferro decernerẽt. Cũq; liceret præ
ſentiũ maloꝝ abſolutionẽ poſcere: alia inſuper imprecabatur. Vñ
ad effectũ iſta uenerũt: atq; ex iis alia multa & grauia: quæ referre
ſingula nequaq̃ opus eſt. Al. At tu furẽtẽ quidẽ hominẽ in exẽplũ
adduxiſti: nam quẽ putas ſane mẽtis hominẽ audere talia petere?
So. Inſanire nõ ne cõtrariũ eſt ei: quod eſt prudẽtẽ eſſe? al. Pror/
ſus. so. Nũ ex hominibus alii imprudẽtes: alii prudẽtes eſſe tibi
uidenť? al. Videnť ſane. so. Age itaq; conſideremus qui nã iſti
ſint. Eſſe.n. alios quidẽ imprudẽtes: alios uero prudẽtes: nõnullos
inſanos iã cõuenit. al. Cõuenit. so. Præterea bene ualẽtes aliqui
ſunt? al. Sũt. so. Aegrotãtes alii? al. Oio. so. Nõ ergo iidem
ſũt. al. Nõ certe. Sũt ne alii qdã q; neutrũ iſtoꝝ patiãtur? Al. Ne
quaq̃. so. Neceſſe.n. hoiem uel ægrotare uel nõ ægrotare. Al. Vẽ
so. De prudẽtia uero & ĩprudẽtia idẽ iudicas? al. Quomodo di
cis? so. Opinaris hoiem: aut prudẽtẽ: aut imprudẽtẽ eſſe oporte
tere? An tertiũ prætetea mediũ quiddã: quo nec prudẽs nec ĩpru
dens hõ ſit. al. Nihil profecto. so. Neceſſe igiť alterũ iſtorũ pa/
ti. al. Apparet. so. Recordaris cõceſſiſſe te inſaniã prudẽtiæ eſſe
contrariã? al. Equidẽ. so. Non ne ẽt nullã eſſe mediã paſſionẽ:
quæ hominẽ nec prudẽtẽ nec ĩprudẽtẽ efficiat. al. Cõſenſi quidẽ.
so. Quinetiã duo eẽ eidẽ rei cõtraria quo pacto poſſunt? al. Nul
lo. so. Imprudẽtia igiť atq; inſania idem eẽ uidenť. al. Videnť
so. Si ergo oẽs imprudentes inſanire dixerimus: recte dicemus:
& ex tuis æqualibus: nec non ætate maioribus quicunq; ſunt im
prudentes: inſanos eſſe. Non ne putas per paucos eſſe in hac urbe
prudentes: imprudẽtes plurimos? quos iſanos appellas. al. Eqdẽ
So. An cenſes nos tutos inter hos inſanos ita uerſari: quin per/
cutiamur ab iis: ac uerberemur: & quæcũq; furioſi facere cõſue/
uere patiẽtes: iamdiu pœnas nõ ſuiſſe daturos? Sed uide o beate
ne aliter ſe res habeat. al. Quo pacto ſe habet o Socrates? apparet
enim nõ ita eſſe ut putaram. so. Non certe ut mihi uideť: uerum
ſic cogitandũ eſt. al. Quõ ais? so. Dicam tibi ponimus aliquos
ægrotantes eſſe? nec ne. al. Omnino quidem. So. Num qd neces
ſarium opinaris omnem ægrotum cruciari duntaxat podagra:
uel febri: uel lippitudine. An etiam poſſe aliis morbis affici: cum

multæ ſint morborum ſpecies præter iſtas? al. Sic mihi uidetur. so. Omnis lippitudo morbus tibi uidetur. al. Mihi certe. so. Et oĩs morbus etiam lippitudo? al. Non mihi quidem: neſcio tamen quid afferam. so. Si dicenti mihi mẽtem adhibeas/ & ambo ſimul inueſtigemus fere q̃d uolumus conſequemur. al. Adhibeo q̃ maxime poſſum. so. Nõne cõuenit inter nos lippitudinem omnẽ eſſe morbum: nõ omnem tamen morbum lippitudinem eſſe? al. Conuenit. so. Et recte quidem cõſenſiſſe uidemur. Etenim febricitantes ægrotant omnes: non tamen quicunq; ægrotant: etiam febricitant: uel podagra aut lipitudine afficiuntur. Sed omne quidẽ huiuſmodi cõmuniter morbus eſt. Differre autem medici dicunt illorum curationẽ: non enim omnes aut ſimiles ſunt: aut ſimiliter pertractantur: uerum ſecundum uim propriam ſinguli: morbi tamen ſunt omnes. Quemadmodum opifices aliquos eſſe ponimus: nonne? al. Prorſus. so. Et cerdones: & fabros ſculptoreſq;/ & q̃ plurimos alios: quos ſingulos referre nil opus eſt: quiue partes opificii diſcretas habent. ac omnes quidem opifices ſunt: non tamen fabri omnes/ neq; coriarii neq; ſculptores: at cuncti generatim opifices. al. Sic eſt. so. Eadem quoq; ratione ĩprudentiã inter ſe pluri mi partiuntur: & qui maiorem ſortiuntur imprudẽtiæ partem: inſani furenteſq; uocantur: qui uero aliquanto minorem ſtolidi/ atq; attoniti. Qui autem honeſtioribus uocabulis eadem ſignificare uolunt: partim quidem magnanimos appellant: partim ineptos: quidam non malos innocuos & inexpertos & ſtupidos. Inuenies quoq; alia multa nomina: quibus/ omnibus imprudẽtia ſignificatur. Diſcrepãt aũt ut in ſuperioribus diſcrepare apparuit ars ab arte: & a morbo morbus. Tibi uero quid uidet? al. Idipſũ. so. Sed ut redeamus unde digreſſi ſumus: ꝓpoſitũ fuit in diſputationis exordio: qui prudẽtes: quiue ĩprudentes eſſent diudicare. Conuenimus autẽ tales aliquos eſſe nõ ne? al. Cõuenimus. So. Prudẽtes exiſtimas q̃cunq; agẽda dicẽdaq; cognoſcũt? al. Equidẽ. so. Imprudẽtes eos qui neutra uidẽt? al. Eos ipſos. so. Nõne q̃ utraq; hæc ignorãt. ſe ipſos latẽt: & agẽtes: & loquẽtes: quæ nõ oportet. al. Apparet. so. Ex his hoĩbus unũ/ o/ Alcibiades Oedipũ eſſe dicebã. Repies quoq; nr̃is tẽporibus plurimos nõ ĩpetu cõcitos: ut ille neq; putãtes mala ſibi ipſis: ſed bona potius exoptare. Ille ſiquidem ut nõ optabat: ita

nec putabát: ſunt uero nonnulli: qui horum contraria pátiuntur.
Reor equidem te primum/ſi forte Deus ille ad quem exorandum
accedis: ſeſe oculis offerens: te priuſq̃ aliquid obſecrares. interro
garet: ſatis ne tibi ſit Athenienſium tyrannide potiri: q̃d ſi hoc q
dam exiguum æſtimares: adderet & Græcorũ omnium: & ſi uide
rit te: neq; iſtis etiam acquieſcere: niſi totius etiã Europæ adiiciat:
neq; id quidem tibi ſufficere/niſi eadem die ſentiant omnes Alcibi
adem Cliniæ filium tyrannum eſſe: atq; adeo hæc tibi concederet
omnia: reor inq̃ ab eo te ingenti cum lætitia rediturum: ac ſi maxi
ma bona eſſes feliciter conſecutus. Al. Arbitror/o/Socrates: & quẽ
cũq; alium quiſqs eandem ſortem aſſequeretur. So. Non tamen
eligeres/animæ tuæ loco/adeſſe tibi Græcorum omnium atq; etiã
barbarorum tyrãnidem. al. Non ut opinor: quippe cũ nullo mo
do uſurus eſſem. so. Quid ſi uſurus quidem ſis: male tamen/ &
cum nocumento? Neq; ſic quidem. Al. Non profecto. So. Cernis
ergo tutum non eſſe: aut q̃ offeruntur temere acceptare: aut opta
re: ſiquis propterea incõmoda ſubiturus ſit: uel uitam ꝑtinus ami
ſurus: multos autem referre poſſemus: qui cum tyrãnidem affec
taſſent: inq; illius adeptionem ardenti ſtudio contendiſſent: utpo
te bonum aliquid adepturi: propter tyrãnidem circũuenti inſidiis
periere: puto etiam audiuiſſe te nonnulla heri ac nouiſſime geſta:
cum Archelaum Macedonum tyrãnum tyrãnidis amantem deli
tias: aliquis huiuſcemodi delitias non minus q̃ illæ ſitiens/interfæ
cit: ut tyrannus mox beatuſq; futurus. Cum uero triduum: ut q̃
triduum tyrãnide potius eſſet: rurſus ab aliis ex inſidiis oppreſſus
periit. Vt autem referamus: q̃ non ex auditu percæpimus: ſed ipſi
nos preſentes inſpeximus: uides inſuper ex noſtris ciuibus quicun
q; præfecturam exercitus affectantes nacti ſunt illam: partim etiã
iis temporibus exules oberrare: partim morte damnatos eſſe. Et
ſiqui forſitã in extremis periculis/ & timoribus ſtrenue rẽ geſſiſſe
uiſi ſunt: non modo in ipſo exercitu: uerum etiam poſtq̃ i urbem
rediere: non minoribus/ab inſidiatoribus ciuibus: q̃ a militibus ca
lumniis affecti ſunt: ut plæriq; illorum optauerint deniq; ſe priua
tos uixiſſe/ potius q̃ in publico munere. Q̃d ſi pericula & labores
huiuſmodi: ad aliq̃ nobis utilitatem afferent: profecto hoc ſtudiũ
non nihil rationis haberet. Nunc uero longe contra res ſe habet.

Inuenies præterea eodem pacto nonnullos homines: q filios uotis
exoptant: at cum filios adepti ſunt: in calamitates doloreſq̃ maxi
mos incidunt. Nam plærięq̃;cum nati per omnem ætatem impro
bi perſeuerent: uniuerſam uitam mœrore cõficiũt. Qui uero pro
bos filios nacti, aduerſo quodam caſu illis orbantur: nihilo minus
q̃ ſuperiores illi miſeri ſunt: ut prorſus eligerẽt: nunq̃ ſe filios ge
nuiſſe. Et q̃uis hæc atq̃ alia multa huiuſcemodi manifeſta ſint: ra
ro tamen inueniretur: qui uel a datis abſtineret: uel ſi orãdo impe
traturus eſſet, uotũ omitteret. Permulti etiam neq̃ ab acquiſita ty
rannide: neq̃ a parta prætura: neq̃ ab aliis ĩnumeris: quæ cũ poſſi
dentur lædũt potius: q̃ proſint, diſcederẽt: quin potius orarent ſibi
illa cõcedi ſi quando nõ adſint. Interdũ breue poſt tempus præteri
ta uota dãnant: ad contraria recurrentes. Quãobrẽ uereor equidẽ
ne homines temere deos incuſent: quaſi mala ab iis inferãt: ii ue
ro ſeu proteruitate quadã, ſiue inſipientia ſibi ipſis dolores morte
acriores pariũt. Quare prudẽs mihi uidet̃ poeta ille: qui amicis in
ſipientibus uſus: dũ eos uideret & agentes & orantes: quæ illis mi
nime cõducebant: cũ tamẽ eis utilia uiderẽt: pro omnibus: ſic ait
Iuppiter rex optima quidẽ nobis & uouentibus: & nõ uouentibus
tribue. Mala autẽ poſcentibus quoq̃ abeſſe iube. Recte igitur & ca
ute loqui poeta mihi uidet̃: tu uero ſi quid habes in animo qđ ad
uerſus hæc proferas, ne ſileto. Al. Difficile eſt, o Socrates ĩ iis: quæ
bene dicta ſũt: contradicere. Illud aũt cogito: q̃tum malũ ſit homi
nibus ignorantia: quandoquidem ꝓpter hanc nos latet, cum male
quid agimus: & qđ deterrimũ eſt: ob eã peſſima nobis quandoq̃
precamur: quod quidẽ nemo putaret. Sed illud quilibet opinare
tur: poſſe uidelicet ſe ſibi ipſi nõ peſſima: ſed optima petere: hoc. n.
re uera execrationis cuiuſdã, non uoti ſimile eſſet. So. At forte o,
optime diceret quiſpiam te ſimul ac me ſapiẽtior: haud ſatis recte
nos loqui: dum ſic temere ignorantiã uituperamus: niſi hæc adii
ciamus. quæ nam, & quorum ignorãtia ſit. Quibuſdã namq̃ cer
to modo affectis bonũ forte eſt ignorãtia: quẽadmodũ aliis malũ.
Al. Quid ais? Eſt ne quicq̃ qđ alicui quõcunq̃ ſe habẽti: ignorare
aliquãdo præſtet q̃ cognoſcere? So. Mihi ſane uidet̃, tibi minime.
Al. Nõ per Iouẽ. So. Enimuero nec illud te aduerſus matrẽ patraſſe
unq̃ uelle iudicabo: qđ Oreſtem: & Alcmæona: & ſiqui tales fuere

cõmiſiſſe ferunt. AL. Bene ominare per Iouẽ o Socrates. So. Non decet o Alcibiades. Eum qui inquit te nolle iſta fæciſſe: iubere ut bene ominetur: ſed potius ſiquis cõtraria diceret: poſtq̃ facinus tã horrẽdum tibi uidetur: ut ne pronũtiari quidem facile debeat. Putas Oreſtem ſi prudens fuiſſet: & quid bonum ſibi nouiſſet: ſcelus tantum auſurum fuiſſe? Al. Nõ certe. so. Neq alium ut arbitror ullum. Al. Nullum. So. Malum igitur ut uidetur ignorantia optimi: & qđ optimum eſt ignorare. al. Mihi ſane uidetur. so. Nonne & illis: & cæteris omnibus. al. Fateor. so. Conſideremus præterea & hoc. Quid euẽturum eſſet: ſi tibi quoq adeſſet ignorantia quædam: qua Periclem non cognoſceres: dum opinareris melius eſſe Periclem tutorem: atq amicum tuum interficere: ac ſumpto gladio ad fores illius properans interrogares num intus ſit: uolẽs illum dumtaxat: nec alium quemq̃ occidere: domeſtici autem illũ intus eſſe reſponderent. Neq tamen dico te quicq̃ huiuſmodi concupiſcere: ſed an uideatur tibi: qđ quidem nihil prohibet: ignoranti quid ſit optimum: adeſſe poſſe interdum opinionem: ut iudices qđ eſt peſſimum: nõnunq̃ optimum eſſe. An nõ tibi uidetur? al. Omnino quidem. So. Ergo ſi domum ingreſſus: uidenſq illum opineris alium eſſe: num ipſum perimeres? al. Nõ per Iouem: ut mihi uideor. So. Non. n. quem ſors offerret: ſed quem ſtatueras: nõne. Al. Profecto. so. Num & ſi frequẽter inuaderes: ſemper autem ignorares Periclem. unq̃ in eum irrueres? al. Nunq̃. so. Oreſtem uero putas unq̃ manus illaturũ fuiſſe matri: donec eam minime cognouiſſet? al. Non arbitror. so. Neq enim ille quæcũq occurreret mulier: ſed matrẽ ſuam dumtaxat necare decreuerat. Al. Sunt hæc uera. So. Itaq hominibus ſic affectis: & in iiſdem opinionibus inuolutis: ignorare talia præſtat. al. Videtur. so. Vides iam q ignorantia quædam hominibus certo quodã modo diſpoſitis bonum quoddam eſt: nõ autem ut tibi uidebatur malũ? al. Apparet. So. Præterea ſi uolueris: qđ deinceps in medium afferetur mirabile dictu diſcutere: forte ꝓbabile tibi uidebiť. Al. Quid iſtud o Socrates? So. Videtur ſane cæterarum omnium ſcientiarum poſſeſſio: niſi quis ſcientiam optimi nactus fuerit: raro quidẽ prodeſſe: obeſſe plerumq: illi qui ſit huiuſmodi ſcientiis præditus. Sic autem conſidera. Nõne neceſſarium tibi uidetur: cum aliquid

factũri/ uel dicturi ſumus: oportere nos prius quidem/ uel putarẽ
cognoſcere/ uel uere cognoſcere qd' promptius agere: & loqui de
bemus? Al. Mihi plane uidetur. So. Num rhetores ſtatim/ uel cũ
ſciunt conſulere uel ſaltem ſcire ſe putant: cõſulunt nobis paſſim:
ii quidem de bello & pace: illi uero de mœnibus conſtruendis: uel
de portubus præparãdis muniendiſq;: & ut ſũmatim dicam/ quic
quid ipſa ciuitas agit aduerſus aliam ciuitatem/ uel in ſeipſa: rheto
rum conſilio perficit. al. Vera narras. so. Vide & quæ ſequũtur:
ſi fieri poteſt. Vocas aliquos prudentes: imprudentes alios? al. Vo
co. So. Et multos quidem imprudentes: prudentes uero paucos?
al. Profecto. so. Nõne ad aliquid reſpiciens: utroſq; nuncupas? al.
Immo. So. An eum qui iſta conſulere norit/ niſi ſciat docere utrũ
melius: & quid melius: prudentem dices? al. Nequaq. so. Neq;
ut arbitror quicunq; pugnare norit: ignoret tamen quando/ & q̄
tum melius. Al. Sic eſt. so. Neq; ſiquis quempiam perimere ſciat:
& pecuniis ſpoliare/ ac exulem a patria facere: niſi ſciat etiam quan
do & quem melius ſit. al. Minime. so. Quicunq; igitur horum
aliquid nouerit modo adſit etiam ſcientia optimi: quæ quidem ea
dem/ & utilis ſcientia eſt: hunc forte prudentem uocabis? al. Hũc
ipſum. So Prudentemq; ipſum dicemus ſufficientem eſſe ſibi &
patriæ conſultorem: imprudentem uero contra: quid nam tibi ui
detur? al. Idem. so. Quid autem ſi quis equitare aut ſagittare ſci
at: uel paleſtram: uel pugillariam: uel aliud quoddã certamẽ exer
cere: aut aliud aliquid eorum quæcunq; per artem nouimus: quo
nomine appellas eum: qui intelligit quid in arte melius fiat? an nõ
ſecundum equæſtrem artem equitem: ſecundum pugillariã pugil
lem: tibicinariã tibicinem: atq; in aliis eodem modo? an ſecus? al.
Sic certe. So. Num tibi uidetur: qui horum aliquid intelligit: uir
prudens appelandus? an lõge adhuc abeſſe? al. Longe per Iouem.
so. Qualem igitur ciuitatẽ eã putabis: quæ ex peritis ſagittariis/ &
tibicinibus athletiſq;: ac cæteris artificibus conſtet: ſint inſuper ad
mixti militarẽ callentes artẽ: & qui ad interimendũ ꝓmpti: necnõ
inflati ob ciuilium rerum adminiſtrationes: deſit autem optimi
ſcientia: & qui norit quando & ad quẽ unoquoq; illorum uti præ
ſtat. Al. Ignobilem o Socrares. so. Maxime hoc ut arbitror dice
res: ſi quando cerneres unũquenq; illoꝝ ambitioſũ/ & plurimas ſi

bi partes rei.p. partientē ad hoc:ut potentiſſimus ſit: potentiſſimū inq̄ in eo qđ ſecundum artem ipſam eſt optimum:ab eo uero qđ ſibi & rei.p.optimum:procul aberrantem: quippe qui opinioni ſi ne mente crediderit.Cumq; hæc ita ſe haberent/nōne recte dicere mus hanc ciuitatem tumultus q̄plurimi iniquitatiſq; pleniſſimā? Al.Recte per Iouē.So. An nō neceſſarium nobis uiſum fuit primū quidem putare nos cognoſcere uel re uera cognoſcere hoc qđ ꝓm pte facturi dicturiue ſumus? Al.Viſum eſt. So. Nōne ſiquis agit quidem qđ nouit aut noſſe exiſtimat: addit autem ſcientiam op timi:ſequitur ut utiliter agat ad ſeipſum. & ad rē.p. Al.Quidni? So.Contra uero nec ad ciuitatem:neq; etiam ad ſeipſum.Al.Ita eſt So.Quid autem:nunc tibi ita uidetur:an aliter? Al.Nō aliter. So. Dixiſti uocare te plures imprudentes:prudentes pauciores? Al. Equidem. So.Diximus ne iterum plures ab eo:qđ eſt optimum: aberrare:utpote qui opinioni abſq; mente ut plurimum conſenſe rint? Al.Diximus plane. So.Prodeſt igiť multis: neq; noſſe quic quam:neq; putare ſe noſcere: ſiquidem promptiores erunt:ad illa efficienda:quæ uel noſcunt:uel cognoſcere opinantur. Agentes au tem ſibi nocebunt crebrius:q̄ conferent. Al.Veriſſima loqueris. So.Cum ergo dicebam reliquas omnes ſciētias:ſi abſit ſcientia op timi:obeſſe ſæpius/ q̄ prodeſſe illas habenti: nū recte loqui tunc ti bi uidebar? Al.Et ſi tunc minime:nunc ſaltē o Socrates. So.Opor tet itaq; ciuitatem & animam:quæ recte uictura ſit: hāc proculdu bio complecti ſcientiam: quemadmodum ægrotātem/medicum & qui proſpere nauigare uelit: gubernatorē. Nam quo magis ani mus ſine hac ſcientia circa diuitias uel corporis robur:aut aliud ta le uerſabiť: eo maiora ex iis peccata cōmitti neceſſe eſt. Qui uero multis ac uariis artibus & ſcientiis ornatus eſt:ſit autem expers iſti us ſcientiæ: ductus a ſingulis aliis: nōne merito multa tempeſtate iactabitur? quippe cum abſq; gubernatore oberret ī pelago/breui tempore periturus? huic certe conuenire uidetur: illud poetæ car men:in quo quēdam uituperans inquit. Multa quidem nouerat: ſed male nouerat omnia. Al. At uero id poetæ dictum nihil mihi uidetur propoſito noſtro congruere. So.Immo quadrat penitus: uerum per enigmata:& hic & cæteri ferme omnes poetæ loquun tur. Eſt.n. ipſa natura uniuerſa poeſis ænigmatum plena:nec qui/

uis eam dinoſcit. Ad hanc illius naturam accedit: ꝙ ſi quando inſit
in homine inuido: nolente ſua ſenſa cæteris hominibus reuelare:
mirum eſt q̄ difficile cognitu ſit: qđ poeta ſenſerit. Neq;.n. Home
rum diuiniſſimum ſapientiſſimumq; poetam ignoraſſe putes. ꝙ
ſcire male impoſſibile ſit: ipſe.n. eſt qui inquit Margitē multa qui
dem ſcire: male autē ſcire omnia: ſed ænigmate ſenſum occultat:
ut arbitror: male pro malum ponēs: ſcit autem pro ſcire. Vnde cō
poſitio quædam extra carminis menſuram cōficitur: qđ uero ſen
tit: hoc eſt. Multa quidem ſciuit: ſed malū ſibi fuit hæc omnia ſci
re: patet igitur ꝙ ſi erat illi malum multa ſcire: ipſe quoq; malus
erat: ſiqua fides ſupradictis ſermonibus adhibenda eſt. Al. Mihi
certe uidetur, o, Socrates. Quibus .n. uerbis crederem unq̄: niſi iis
credam? So. Et recte quidem tibi uidetur: & mihi rurſus eodem
modo: ſed age per Iouem: uides ne quanta qualiſq; ſit in hoc ambi
guitas? in hac ipſe uerſatus eſſe uideris: ſurſum.n. deorſumq; iacta
tus: nuſq̄ ſane conſiſtis: ſed qđ olim aſſeuerabas: nunc damnas. Si
forte Deus quem oraturus accedis: oculis ſeſe tuis obiiciens: anteq̄
uoueas: ita roget: An tibi aliquid ex iis: quæ ī principio dicta ſunt:
habere ſatis ſit: uel tibi licentiā præſter qđ ſubeat poſtulandi: quid
nam tibi opportunum fore putares? uel acceptare quæ Deus offer
ret: uel poſcere? Al. Per Deos, o, Socrates quid reſpondeā non ha
beo: ſed inſanum quiddam mihi uidetur: temere Deum precari:
Ac diligenter conſiderandum ne quis ſeipſum lateat: mala petens:
dum bona ſe putat orare. Ac Paulopoſt: ut tu dicebas ad contraria
uota ſe transferat. So. Nōne prudētior nobis poeta: cuius in prin
cipio diſputationis mētionem fecimus: qui precabatur mala etiā
ab orantibus abeſſe? Al. Mihi quidem uidetur. So. Lacedæmonii
quoq;, o, Alcibiades: ſiue hunc poetam imitantes: ſeu ex ſeipſis ani
maduertentes: idem uotum tam priuatim, q̄ publice ſeruant: orā
tes deos: Pulchra cum bonis ſibi tribuere: nec plura illos precari
quis audiret. Neq; tamē ad hæc uſq; tempora minus: q̄ cæteri ho
mines fœlices ſūt. Siquid autem illis unq̄ minus ꝓſpere ſucceſſit:
non eſt oratio illorum in cauſa: quandoquidem in diis eſt ut arbi
tror: quæ precamur: tribuere uel contra. Volo inſuper aliud quid
dam tibi referre: qđ aliquando a ſenioribus quibuſdam accæpi.
Dicebant.n. accidiſſe: ut quotienſcunq; bellum Athenienſes cum

Lacedæmoniis gererent: noſtri tum terra: tum mari infortunati
eſſent: nec uictores unq̃ redirent: qua re perturbatos Athenienſes
cum non haberent quibus machinamentis tantam uitarent cala/
mitatem: decreuiſſe Ammonem conſulere/ quã ob cauſam dii La
cedæmoniis: potiusq̃ Athenienſibus uictoriam largirentur: cum
ipſi tamen ſacrificia: tum plura: tũ decentiora q̃ reliqui Græci offer
rent: ſimulacris doniſq; tẽpla hornantes: ut nemo alius: pompaſq;
quot annis ſumptuoſiſſimas: & uenuſtiſſimas celebrarent: & om
ni ſumptu: qui ad rem diuinam ſpectat: cunctis Græcis magnificẽ
tiores exiſterent. Cũ Lacedæmoniis nulla eſſet iſtorum cura adeo
circa diuinum cultum parcis: ut animalia mutilata paſſim macta/
rent: & in aliis omnibus cerimoniis longe admodum parcioribus
q̃ Athenienſes: cum tamen pecuniarum numero a nobis non ſup
perent. Poſteaq̃ hæc dixiſſet nuntius interrogans: quo pacto a præ
ſenti calamitate liberari poſſent: non multa ad hæc reſpondiſſe ꝓ
phetam. Deum. n. non permittere: uo. autem uero Athenienſium
nuntium in hunc modum fuiſſe locutum. Hæc dicit Ammo. Pla
cere ſibi magis Lacedæmoniorum benedictionem: q̃ reliquorum
cuncta Græcorum ſacra: nec plura iis reſpondiſſe. Benedictionem
uero nullam prorſus aliam Deus mihi dixiſſe uidetur: q̃ illorum
orationem: per multum. n. illa cæteris differt. Reliqui naq; Græci
partim auratis cornibus boues ſacrificantes partim donariis egre
giis templa hornantes: quæcunq; occurrunt: ſeu bona/ ſiue mala a
diis petunt. Dii uero cum illos ĩprecantes audiunt: ditiſſimas illo
rum pompas & ſacrificia non acceptant. Quamobrem diligenter
conſiderandum mihi uidetur: quid dicendum ſit: quidue non di
cendum. Inuenies quoq; apud Homerum alia horum ſimilia. In
quit. n. Troianos cum ſuburbanum ædificium molirentur: dicare
diis ĩmortalibus prætioſa ſacrificia boum: Nidorem uero ex litto
re ſuauem: ad cælum: uſq; uentis extolli: ſed beatos Deos illo mi
nime ueſci: quippe q̃bus Ilion: & Priamus: & Priami populus odio
ſint. Itaq; nil Troianis proderat: cum aduerſos Deos haberent: ſa
cra ac munera temere illis offerre. Neq;. n. eiuſmodi eſt Dei natura
ut ducatur muneribus quemadmodum ĩprobus fœnerator. Sed
nos nimium deliramus: ſiquando nos Lacedæmoniis propter mu
nera acceptiores deo eſſe ducimus. Etenim graue eſſet: ſi deus ad

donaria & ſacrificia noſtra reſpiceret potiuſq̄ ad animum: utrum iuſtus ſanctuſq̄ ſit: Ad quem equidem deum arbitror multo magis attendere: q̄ ad multi ſumptus pompas: atq̄ ſacra: quæ nihil p̄hibet eum: qui multa in deum hominesq̄ peccauerit: ſeu priuatus ſit: ſiue res.p. ſingulis annis perficere. deus autem: utpote a muneribus incoruptus ſpernit hæc omnia: ut ipſe eiuſq̄ propheta prædixit. Vnde perſpicuum eſt: & apud deum & apud homines ſanæ mentis: iuſtitiam & prudentiā præcipue honorari. Prudentes autem iuſtiq̄ ſunt: qui ſciunt: quæ erga deum: & homines agere: atq̄ dicere deceat. Cupio tamen ex te audire. quid in iis ipſe ſentias. Al. Mihi uero o Socrates haud ſecus: q̄ tibi ac deo uidetur: neq̄ enim phas eſſet a deo me diſſētire. SO. Recordaris dixiſſe te in plurima dubitatione diſcrimineq̄ uerſari: ne te ipſum lateres cū mala: quā doq̄ pro bonis optares? Al. Memini. So. An uides non ſatis tutū tibi eſſe ad orandum pergere: ne quando te deus audiens imprecātem iſta tua ſacrificia renuat? Aliud uero quiddam fortuitū reportes. Mihi ergo uidetur operæpretiū eſſe quietem agere: nam oratione Lacedæmoniorum propter magnanimitatem: id enim nomen honeſtiſſimum eſt omnium: quibus inſipientia ſignificatur: non exiſtimo uti te uelle. Quare neceſſe eſt expectare donec diſcatur. quemadmodum ad deum: atq̄ ad homines habere ſe deceat. Al. Quando erit o Socrates? & quis præceptor? Iocundiſſime. n. hūc hominem: quiſquis erit agnoſcam. So. Hic eſt cui tu curæ es Verum mihi uidetur quemadmodum Diomedi Mineruam inq̄t Homerus ab oculis nebulam abſtuliſſe: ut diſcerneret deū ab homine: ſic & ab animo tuo prius oportere caligineͬ. qua nunc obfunditur auferre: deinde illa propius admouere per quæ ſeu bonum: quid ſit: ſiue malum dinoſcas: nunc enim impoſe eſſe uideris. Al. Auferat ſeu nebulam ille uelit: ſiue quodcunq̄ aliud? Etenim paratus ſum nihil penitus præter mittere: qđ ille p̄ceperit: qſq̄s deniq̄ ſit: modo ipſe ſim melior euaſurus. So. Atqui ille mirum in modū tibi prouidet. Al. In illud itaq̄ tempus hoc ſacrificiū differre optimum fore cenſeo. So. Et recte quidem: tutius enim eſt: q̄ tanto periculo ſe ſubiicere. Al. Sic eſt o Socrates. Interea tñ quoniam mihi benec nſuluiſſe uideris: hanc tibi coronam imponam Diis autem & coronas: & reliqua omnia quæcunq̄ decet tunc de

mum offeremus/cum diem illam aduentaſſe cognouero. Aduen/tabit autem q̃primum; diis uolentibus. So. Id equidem & quod cunq; aliud das: libẽter accipio. Quemadmodũ uero Creon apud Euripidem uidens Tireſiam coronatum: & audiens a principio coronam propter artem a militibus accæpiſſe ait: augurium ponebã triumphales coronas: In tempeſtate.n. uerſamur.ut ipſe noſti: ſic & ego hanc abs te coronationem augurium pono. Videor autem mihi non minori q̃ Creo tempeſtate iactari: deſidero.n. omnibus amicis tuis excellere. Finis Secundi Alcibiadis ſiue de Voto.

Vnde illa a Noſtris prodierunt.

Omnibus in terris: quæ ſunt a Gadibus/ uſq;
Auroram & Gangem: pauci dinoſcere poſſunt
Vera bona: Atq; illis multum diuerſa/remota
Erroris nebula: Quid enim ratione timemus
Aut cupimus: quid tam dextro pede concipis: ut te
Conatus non pœniteat/ Votiq; peracti? &c.

Et illa

Qui fit Mecœnas ut Nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit/ſeu ſors obiecerit: illa
Contentus uiuat: laudet diuerſa ſequentes? &c.

Et illud

Rem populi tractas. & multa alia nõ ſolũ apud poetas ſed & cæteros ſcriptores illuſtria & memori corde ppendẽda. Quæ ſi lector ſtudioſe deducto Velamie ſciẽter atq; ſagaciter hic introſpexeris: Cuſtodieriſq; auro obrizo p̃cioſiora agnoueris. Si oi auro & lapide precioſo Hominem q̃ Beluam uiuere eſt precioſius.

¶ Impreſſum eſt hoc eximium opuſculum per Iuſtinianum: De Herberia. Idibus Ianuarii. M.D.XXI.
In Alma ac legitima diuinorũ atq; humanorum ſtudiorũ matre ac reformatrice Bononia: Laus Deo & Gloria.

88 556061

Mc